



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput XV. Quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non sidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

cum culpa remittitur, sed pro pœna tem- Sæcul. XVI.  
A.C. 1547.  
porali, quæ, ut sacræ literæ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimititur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati, Spiritum sanctum contristaverunt, & templum Dei violare non sunt veriti, de qua poenitentia scriptum est: *Memor esto, unde excideris, Apoc. 1. age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et iterum: *Quæ secundum Deum tristitia est, 2. Cor. 7. pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Et rursus: *Pœnitentiam agite. Et: Fa- Luc. 3. cite fructus dignos pœnitentia.* Matth. 3. 4.

## CAPUT XV.

*Quolibet peccato mortali amitti gra-  
tiam, sed non fidem.*

**A**dversus etiam hominum quorumdam callida ingenia, qui per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, afferendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti: divinæ legis doctrinam defendendo, quæ a Regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque *1. Tim. 1.* fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubidores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæteros *v. 20.* *1. Cor. 6.* *Philipp. 4. 2. Cor. 12.*

Sæcul. XVI que omnes, qui lethalia committunt  
 A.C. 1547 peccata, a quibus cum divinæ gratiæ  
 adjumento abstinere possunt, & pro  
 quibus a Christi gratia separantur.

## CAPUT XVI.

*de fructu justificationis, hoc est, de  
 merito bonorum operum, de  
 que ipsius meriti ratione.*

*1. Cor. 15.  
 v. 58.  
 Hebr. 6.  
 v. 10.  
 Hebr. 10.  
 v. 35.*

*2. Tim. 6.  
 v. 8.*

Hac igitur ratione justificatis homini-  
 bus, sive acceptam gratiam per-  
 tuo conservaverint, sive amissam recu-  
 peraverint, proponenda sunt Apostoli  
 verba: *Abundate in omni opere bono, sci-  
 entes, quod labor vester non est inanis in Do-  
 mino: Non enim in iustus est Deus, ut obli-  
 viscatur operis vestri, & dilectionis, quam  
 ostenditis in nomine ipsius.* Et: *Nolite a-  
 mittere confidentiam vestram, quæ magnam  
 habet remunerationem.* Atque ideo bene  
 operantibus usque in finem, & in Deo  
 sperantibus proponenda est vita æterna,  
 & tanquam gratia filii Dei per Chri-  
 stum Jesum misericorditer promissa, &  
 tanquam merces ex ipsius Dei promis-  
 sione bonis ipsorum operibus, & meri-  
 tis fideliter reddenda. Hæc est enim  
 illa corona justitiae, quam post suum  
 certamen, & cursum repositam sibi esse  
 ajebat Apostolus, a justo Judice sibi red-  
 den-